

liferi fuerunt Henricus Canis, Marguchus Gaitani, & Albertus Bulfi Nobiles cives Pisani. *Mia qui ppe*
 Post die Pisani Pisas revertentibus, Lucanis *guinanto 6 M*
 se, deinde castra dederunt, & Lucani Bozanum tenentes, Montemgranati combusserunt.

Eodem Anno XVI. Calend. Octobris, Januenses post multum prehabitu prelium, castrum Insulae de Pianosa, salvis personis, *orientes*
 verè, & terra, ex deditione habuerunt, quod non observantes castrum funditus destruxerunt. ** habere c.*

Eodem Anno Pisani tres galéas armaverunt, quæ navigantes in Corsicam duas Januensium naviculas ceperunt: quod Januenses *Edini*
 audito quinquè miserunt galéas, & illas nostras tres de mense Octobris quadam nocte finè aliquo hominè in portu Sanctæ Lucie vacuas habuerunt, & Januam cum gaudio redierunt.

Eodem Anno mense Decembris prædictus Christianus Cancellarius cum magno exercitu Senensium, & Comitibus Guidi ivit ad devastandum Districtum Comitibus Ildebrandini, & cepit ibi duo castra, in quibus Comitibus auxilium Pisani CL. milites cum aliis balistariis miserunt; & sic dictus Christianus citissime de terra ipsius Comitibus, de Pisani timens, recessit, & ad partes Romanorum profectus est, ex quo Pisani non modicam per Tusciam laudem habuerunt.

Eodem Anno mense Octobris filii Veltri, & Jaffrus fecerunt pacem & securitatem cum Lucanis, & contra Pisanos juraverunt, pecuniâ *Lucenses vero*
 & Lucanis sibi datâ; qui Lucani juraverunt eum promissione, quod rochas de Corvaria destruerent. Et cum destruere cœpissent, Corradus Jaffri, & filii cum suis fidelibus satis ingeniosè & cautè Terram prædictarum Roccharum recuperavit Nonis Januarii, & in ipsam intravit, inde expulsi Lucanis. Pisani verò illuc currentes per mare, eam munierunt & fuçurrerunt, & viriliter tenuerunt, unde in magnum Lucani devenerunt dolorem.

Anno 1174. In Consulatu Roberti quondam Petri Pagani, & Gaitani Burgundionis, & Sociorum, novem sunt Pisis factæ pro guardia maris galéæ; & in eodem Consulatu quidam nobiles Cives Pisani galéas armaverunt viriliter, & sex magnas Januensium galéas, finè aliis parvulis Lignis, cœperunt.

Eodem Anno. Consules prædicti Comitem Gerardum, & Magistrum Rombertum Sapientes Viros ad Imperatorem Federicum miserunt pro injuria quam superscriptus Archiepi-

A scopus ejus Cancellarius Pisani intulerat, & ne aliter nuntiatum Imperatori per ipsum Archiepiscopum, seu per alium de Pisis fuisset. Quos Imperator magnificè recepit, & ad propria cum sua bona voluntate remisit. Eodem Anno (9) præfati Consules *Antoniame*
 Terpetum Dodonis ad Regem Majoricæ miserunt pro pace facienda cum eo. Rex verò, quia Legationem illam desiderabat, eum libenter recepit, & valde honoravit, & pacem, qualem petiit, ei fecit. Quo Pisas redeunte per Provinciam plures naves, & ligna Januensium invenit, eaque cœpit, & demersit in mare, & sic Pisas *percurat. M.*
 septimo Cal. Septembris cum laude reversus est. ** Indens c. M.*
iclaque

B Eodem Anno Christianus prædictus, qui multa mala Tuscis intulit, a Calendis Aprilis usque ad medium mensem Octobris civitatem Anconæ cum magno militum & peditum exercitu, & 40 galéis obsedit, in qua Legatus Imperatoris Constantinopolitani cum multa pecunia pro ejus auxilio erat; & ad tantam penuriam civitatem redegit, ut canes, & gattos, & coria animalium mortuorum comederent. Sed dictus Imperatoris Constantinopolitani Legatus videns, quod civitas perdebatur, exinde exercitum congregavit, & obsidionem fugavit, & civitatem ipsam defendit.

Eodem Anno Idus Augusti. Campanile Sanctæ Mariæ de Pisis fundatum est. *iquinto*

C Eodem Anno toto magna fames, & grandis penuria rerum omnium fuit. *et amplius*

Anno 1175. facta est pax (10) cum Comite Macario, & filiis ejus, & cum hominibus de Sancto Miniato, & Pisani, & Florentini, homines de S. Miniato, qui erant dispersi, in castrum Sancti Miniatis honorificè restituerunt: ex quo Lucani in magnam tristitiam devenerunt. Inter alios Consules Pisanos hujus Anni, quando fuit firmata dicta pax, erant Cerinus Judex, & Henricus Vicecomes. *MCLXXV*
des. c.

Eodem Anno Pisani pro recuperanda Sardinia, cujus jam quasi medietatem Januenses invaserant, duas cum duobus Consulibus, scilicet Paneporro, & Carone, miserunt galéas, quæ Sardiniam suo supposuerunt Comuni, & tam Iudices, quam alios homines stare præceptis Pisani jurare fecerunt. Quod audientes Januenses sex galéas contra illas nostras duas miserunt; & die Sancti Viri, qui est XVII. Calendas Julii, unam cum hominibus ceperunt; & alia cum Consulibus, & Sapientibus Pisas rediit. *des. c.*

Eo-

Apud Ughellum hæc ita describuntur.

(9) Anno Domini MCLXXIV. In Consulatu Roberti quondam Petri Pagani, & Gaitani quondam Burgundionis, & Sociorum, 6. Id. Jul. jam facti Consules miserunt Topertum Dodonis virum probum legatum in una galéa ad Regem Majoricæ pro faciendo pacem cum eo. Rex verò, qui hanc legationem desiderabat, honorificè eum cum suis recepit, & pacem ad ejus voluntatem, & Pisani fecit. Et eo per Provinciam revertente, magnas injurias Januensibus intulit, naves eorum capiendo, & in profundum maris demergendo. Et sic Pisani cum laude 17. Kal. Septemb. redierunt. Eodem anno Christianus Cancellarius Imperatoris Friderici, qui multa mala Tuscis intulit, a Kal. April. usque ad medium mensem Octobr. Anconam civitatem arctissime obsedit; sed Imperatoris Constantini magnus exercitus eum ab obsidione expulit. Eodem anno 5. Id. Aug. Campanile Sanctæ Mariæ Rotundum fundatum est, & sequenti anno factus est gradus unus in circuitu.

Ughelliana editio hæc habet.

(10) Anno Domini MCLXXV. In Consulatu Cerini Judicis, & Amici Vicarii, & Sociorum facta est pax & securitas cum Comite Macario, & filiis ejus, & cum illis de Sancto Miniato. Et Pisani, & Florentini homines Sancti Miniatis, qui erant dispersi, castrum Sancti Miniatis restituerunt. Unde Lucani magnam habuerunt tristitiam. Eodem anno superscripti Consules de mense Maji miserunt duas galéas in Sardiniam cum duobus Consulibus Paneporio, & Carone, & Sapientibus, pro ea recuperanda, quia Januenses partem Sardinie invaserant; & eam recuperaverunt. Iudices omnes, & Sardi fidelitatem Pisani juraverunt. Eodem anno Romanorum Legati 10. Kal. Septemb. Pisas venerunt pro confirmanda pace cum Pisani, quam Comites Gerardus, & Ugo Rolandi Legati Pisani cum eis amabili conversatione composuerunt. Et sic pax firmata est.

* Kalendas septembris ubi Lucanos vicimus pugnando est

folys gehely c.